proprio foro et competenti Coram praesenti Castrensi Praemisliensi Officio Cui
se Cactus praesentis respectu cum Successoribus bonisque suis omnibus ultro
incorporat semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio sta-
re parere respondere Terminum ipsum primum nullis modis evadendum
Imo se cum Successoribus omnibus iuris remediis Motionibus ap-
pellationibus earumque pro ad citationes prosequutionibus Evasionibus
Prescriptionibus Suspensionibus poenis ter trium Marcarum Dilla-
tionibus ad quietationem statutorum et Constitutionum laudatis et laudan-
dis ac legalibus quibusvis impedimentis renuntiavit et abdicavit Et
gratiae nihil sibi in auxilium contra praesentem Inscriptionem recipiendum sub
amissione sue et suorum Successorum totius cum vigore Iuritionum praefatae
vadii et vadiorum quo vel quibus solutis utique Inscriptionem praesentem
et omnibus eius contentis satisfacere cum Successoribus suis tenebitur totius
quoniam opus fuit Nulla praescriptione Terminorum in praemissis obstante.

Wołoszieczki quietat Popiel

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitulis praemisliensibus
personaliter stans Generosus Stanislaus Wołoszieczki a Palatinatibus
Terrestris Districtibus Iuribusque suis quibusvis propriis ac foro compe-
tenti recedendo Iure vero praesenti Castrensi Praemisliensi Iurisdictioni se cum
Successoribus bonisque suis omnibus quo ad Iure actum attinet incor-
poravit et subiectum sanus mens et corpore existens pure pala
ac per expressum recognovit Quia a Nobili Roman Popiel Summa
Sexaginta florenorum pecunie monete polonicalis debiti certi ipsi per Eundem
Actis Castrensibus Lublinensibus pro tempore proxime venturis solvi in-
scriptis totaliter et in effectu recepit ac manualiter levavit Ratione
eius receptionis ac levationis Summae Eundem Roman Popiel
et eius Successores quietat liberumque ac immunem facit et pronunciat
perpetuis ac aeternis temporibus Inscriptionemque ipsam Castrensem
Lublinensem super praetactam Summam servientem cum omnibus eiusdem

Conditionibus punctis clausulis et articulis cassat annihilat mortifi-
cat obliterat perpetue et in aeternum sibi et Successoribus suis rone
praemissorum perpetuum imponens silentium hac sua praesenti recognitione
mediante Quod mihi firmatum est.

Vniathiczki submitit se Poponi

Stans personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitulis
Praemisliensibus Nobilis Iwanko filius Nobilis Stanislaus Vniathiczki
a Terrestris Districtibus Iuribusque suis quibusvis propriis ac foro com-
petenti recedendo Iure vero praesenti Castrensi Praemisliensi Iurisdictioni se
cum Successoribus bonisque suis omnibus quo ad Iure actum attinet incor-
poravit et subiectum sanus mens et corpore existens pure pala ac
per expressum recognovit, Quia se cum Successoribus bonisque suis
omnibus in manus Nobilis Jacko Pop Vniathiczki et eius Successorum
per Nobilem Stanislaum Vniathiczki praesentem suo submittit ac inscribit Quod
praenominatus pater ipsius debebit ac tenebitur eidem Jacko Poponi
aut eius Successoribus Inscriptionem obligationis bonorum totius Poponatus
cum omnibus attinentiis in villa Vniathiczce sitis super Summa Decem Mar-
carum pecunie iam ab eodem praesentibus praecepto pro primis Terminis
Terrestribus Praemisliensibus seu prima Actorum eorundem Terrestrium Praemi-
sliensium Iudiciaria positione quodlibet prius Praemisliae celle-
brabitur facere et recognosce sub vadio Decem Marcarum
pecunie monete polonicalis. Praeterea se cum Successoribus in bonis suis
omnibus obligat et inscribit praesentem Inscriptionem ex his Actis ad Acta
Terrestria Praemisliensia ante decursum unius anni transferre et tras-
portare sub vadio Decem Marcarum pecunie monete polonicalis
pro quibus quidem vadio seu vadiis succubitur et succumbendum quoniam
se praenominatus recognovit cum Successoribus suis praefatis Jacko
Vniathiczki aut eius posteris citare permiserit totius recedendo
ab omni suo proprio foro et competenti Coram praesenti Castrensi Prae-